fatalis Juris, praescriptione Terrestri, bello Conuentione q
ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subter
fugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua prae
senti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zurowski in rem Stradom-skiego Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gene
rosus Joannes Zurowski, sanus mente et corpore exi
stens, a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque
suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, 779
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi
Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum
Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus tota
liter et plenarie incorporando atque subijciendo pu
blice libere, publice ac per expressum recognouit Quia
ipse suo, et Generosae Vrsulae Lysakowska Consortis
suae legitimae pro cuius ratihabitione cauet et se prae
sentibus inscribit nomine, se, ac suos Successores
in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque
pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et
obligat praesentibus, Scriptum certum manuale per se Re
cognoscentem in rem et manus Generosi Joannis Stradom
ski, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem
Scripto manuali contentarum, de Actu et Data illius hic
Premysliae Die hodierna in Actu contenta confectum
conscriptum et datum manu sua Recognoscentis propria
subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem Scripti ma
nualis Conditionibus punctis clausulis articulis, vadijs

ligamentis, ac nexibus in Universum omnibus eidem Generoso Joanni Stradomski ipsiusque Posteris firmiter tenere, complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis maxima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborationam, et Inscriptionem praesentem Roborationam, ad praedictum Scriptum manuale vicissim in toto referendo, Idque sub Vadio Summae Sexagintaquinque Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Joannem Zurowski vel eius Successorem, supramemorato Generoso Joanni Stradomski vel eius Posteris ob non completionem Contentorum Scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti eiusdem manualis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Joannes Zurowski vel eius Successores ad instantiam supra scripti Generosi Joannis Stradomski vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense sive etiam Castrense Capitaneale Sanocense ad quodcunque ex ipsis Citabitur, ex hinc recessu supra scripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores,

ad eandem omnia inscribi et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minori nita, seu successorum, Legatione intra vel extra Regnum, seu Expeditione militari, ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra praesentes Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis, seu etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita ex praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Religiosus Popowicz Manasterskiemu cedit 770

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Religiosus Theodorus Popowicz sanus mente et corpore existens, a Terrestribus, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attrahet,